Deus. Glória Patri. Adjuvábit.
℣. Elégit eam Deus, et præelégit eam. ℟. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Ad Nonam.

Capitulum. *Prov.* 31. *d.*

Multæ fíliæ congregavérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia, et vana est pulchritúdo : múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur.

℟. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ℣. In tabernáculo suo habitáre facit eam. Et. Glória Patri. Elégit.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. ℟. Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

IN II. VESPERIS.

Añæ, Psalmi, Capitulum et Hymnus, ut in j. Vesperis (161)

℣. Diffúsa est grátia.

Ad Magnificat, Aña. Manum suam * apéruit ínopi, et palmas suas exténdit ad páuperem, et panem otiósa non comédit.

INDEX FESTORUM SANCTORUM.

25	Maii.	Gregorii VII. Pap. Conf. — Urbani Pap. Mart.	229
26	»	Philippi Nerii Conf. — Eleutherii Papæ Mart.	239
27	»	Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg.	245
		Joannis Papæ Mart.	245
28	»	Augustini Episc. et Conf.	251
30	»	Felicis Papæ Mart.	259
31	»	Angelæ Merici Virg. — Petronillæ Virg.	260
2	Junii.	Marcellini, Petri atque Erasmi Mart.	266
4	»	Francisci Caracciolo Conf.	269
5	»	Bonifacii Episc. et Mart.	274
6	»	Norberti Episc. et Conf.	283
9	»	Primi et Feliciani Mart.	286
10	»	Margaritæ, Scotorum Reginæ, Viduæ.	289
11	»	Barnabæ Apostoli.	293
12	»	Joannis a S. Facundo Conf.	302
		Basilidis et Soc. Mart.	303
13	»	Antonii de Padua Conf.	309
14	»	Basilii Magni Episc. Conf. et Doct.	313
15	»	Viti, Modesti atque Crescentiæ Mart.	320
18	»	Marci et Marcelliani Mart.	322
19	»	Julianæ de Falconeriis Virg.	324
		Gervasii et Protasii Mart.	325
20	»	Silverii Papæ Mart.	333
21	»	Aloysii Gonzagæ Conf.	335
22	»	Paulini Episc. et Conf.	342
23	»	Vigilia S. Joannis Baptistæ.	345
24	»	Nativit. S. Joannis Baptistæ.	348
25	»	Gulielmi Abbatis.	367
26	»	Joannis et Pauli Mart.	374
28	»	Leonis Papæ Conf.	387
29	»	Petri et Pauli Apost.	389
30	»	Commem. S. Pauli Apost.	400

Cum Officium in festo Corporis Christi et in aliis festis quæ infra Octavam occurrere possunt, a Veñli Dño G. Van Caster ecclesiæ nostræ Metropolitanæ Canonico honorario, pro majori recitantium commoditate dispositum et completum, a Sacra Rituum Congregatione revisum sit et approbatum, præsentem memorati Officii editionem, opera typographi Nostri H. Dessain jam absolutam et cum Originali exemplari concordantem, approbamus et evulgandi licentiam damus.

Mechliniæ, die 23 Maii 1891.

†P. L. Card. Goossens, *Archiep. Mechlin.*

DECRETUM PRO HISPANIA.

Omnes Christi fideles degentes in Regnis et Dominiis Regi Catholico Hispaniarum subjectis, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitare debent Officium et Missam SS. Corporis Christi singulis diebus ejus Octavæ, translato quolibet festo occurrente, ex concess. Pii Papæ VI. die 5 Martii 1776, exceptis tantum festivitatibus Nativitatis S. Joannis Baptistæ, et SS. Apostolorum Petri et Pauli, ex declaratione ejusdem Summi Pontificis 16 Decembris 1796.

Mechliniæ, H. Dessain. — mdcccxci.

QUÆ IN HISPANIA

celebrantur et occurrere possunt infra Octavam SS. Corporis Christi.

DIE XXII. MAJI.

B. Ritæ de Cassia, Viduæ.

Duplex.

Omnia de Comm. nec Virg. nec Mart(161) præter sequentia.

Ad Vesperas.

Capitulum. *Cant.* 23.

Ego flos campi, et lílium convállium. Sicut lílium inter spinas, sic amíca mea inter fílias. Jam hyems tránsiit, imber ábiit, et recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra.

Hymnus.

Solis oblíquum peragráta gyrum,
Lux adest hymnis recolénda lætis,
Quæ fuit Ritæ méritis vetústo
More dicáta.